

ratione patescit. Erat enim ante altare ubi ipse A biniaci millesimo octogesimo quinto anno incarpati  
pretioso requiescit corpore, lampas ardens, quæ  
nullo modo die noctuque extinguebatur, quia quam-  
vis modicum abhesset corporaliter, non tamen deerat  
spiritualiter. Is itaque qui ecclesiæ officio præerat,  
cœp' secum cogitando dicere quoniam idem lumi-  
nare in vanum artebat, eo quod corpus beati Mar-  
culfi in præsenti non esset, non considerans ibidem  
Dominicum corpus (3) (quod majus et præcipuum  
era) cum angelorum adesse custodia. Quod cum  
prave et inaniter cogitasset, extincta lucernæ abiit; B  
sed post transactum horæ spatiū, causa cogente  
aliqua reversus, dictu mirabile! illico oculis ejus  
apparuit. Vedit namque eamdem lampadem angelica  
claritate fulgentem, ita ineffabili modo pendere, ut  
nec fune desuper teneretur, nec terræ deorsum in-  
cumboret. Erat autem magnæ visionis miraculum  
quod inter funem et lampadem habebat cubiti spa-  
tium, et inter lampadem et terram cubiti similiter  
spatiū; et, ut dixi, lumine cœlesti accensa mira-  
biliter ardebat. Non tibi forsitan ad credendum au-  
mus sufficiasset, nisi fratrum populique concursus  
testimonium efficeret. Nam ille timore pariter et  
admiratione correptus, ex toto vico rem videre mi-  
rabilem maximam concionem plebis evocavit. Multi  
denique exuberavere lacrymis, dicentes: Quoniam  
piissimus Christi confessor Marculfus, ipsorum post  
Deum custos vigilantissimus, et apud Deum multi-  
plex advocatus, quævis modo tempore esset aliorum,  
suos tamen filios per ostensionem miraculi  
consolari ac visitare est dignatus. Actum est Cor-

(3) In archivio coenobii Remigiani legi litteras Si-  
monis abbatis attestantis, Odoneum de Sarceio mo-  
nachum de conniventia sua redditus acquisivisse,  
et de ipsis redditibus in ecclesia S. Remigii ante  
majus altare super quod corpus Domini reponitur,  
cereum perpetuo ardere instituisse. Id factum Wil-  
liamo arch. episcopo Remensi, sub annum 1165.  
Præverat uno saeculo Paulus abbas S. Albani in

A biniaci millesimo octogesimo quinto anno incarpati  
Verbi.  
5. Igitur, dilectissimi, qui hoc audire, et, ut  
remur, credere non renuistis, sciuite quia hoc tam  
evidens miraculum ad honorem sancti sui, ad utili-  
tatem quoque nostri Deus dignatus sit operari. Nec  
innumerito: quia enim beatus Marculfus, dum in con-  
valle lacrymarum carne moraretur, opera tenebra-  
rum abjecit, et indutus armis lucis viriliter ejusdem  
lucis principi militavit; merito carnis onere levia-  
tus, et ad superna polorum, ut credimus, vectus,  
auctori claritatis inhærere promeruit. Ergo non  
dubitandum est quin extinctam lucem reparaverit,  
qui tenebras noctis in basilica sua esse abhorruit.  
Veruntamen quoniam nihil fit in terra sine causa, et  
B beato Gregorio dictante, comperimus quia Deus et  
Dominus noster ad bene agendum aliquando verbis,  
ali quando nos admonet ipsis miraculorum exem-  
plis; curemus hujus sancti ac beati patrōi nostri  
Marculfi, ante cujus sacros cineres excubamus, cu-  
jus etiam memoriam hodie solemniter celebramus;  
curemus, inquam, hujus patrocinium querere, ob-  
secrantes ut suis piis precibus fuget tenebras cœci-  
tatis et ignorantiae nostræ, impetrat nobis lucem  
ecclœ gratiæ: qua illuminati opera tenebrarum  
abjiciamus, piisque intenti actibus armis lucis in-  
duamur; his quoque muniti principem tenebrarum  
proteramus: sic etiam victoria potiti, Conditori  
lucis adhærere mereamur, qui vivit et regnat tri-  
nus et unus Deus.

C Anglia, qui referente Matthæo Parisio, pelcem ar-  
genti dedit, constituendo, ut cereum contineret jugiter  
ardentem ante majus altare. Aimoinus observat Fl-  
riaci morem suisse a priscis institutum Patrius, ut  
tam diebus quam noctibus trium lucernarum lumine  
memorata illustraretur ecclesia. Lucernæ ergo com-  
muniter adhibentur olim, rarius cerei, ad conti-  
nuum in basilicis lumen.

## OPUSCULUM DE SEPTEM ARTIBUS

(Edidit D. RAVAISSON, *Rapport sur les bibliothèques des départements de l'Ouest*, Append., p. 404, ex codice  
ms. saeculi XII in bibliotheca Alenconiens.)

Ad mensam philosophie sittentes currite,  
Et saporis tripartiti septem rivos bibite,  
Uno fonte procedentes, non eodem trahite,  
Quem Pitthagoras rimatus excitavit phisicæ,  
Inde Socrates et Plato honestarunt ethicæ,  
Aristotiles loquac' despousavit logicæ.  
Ab his sectæ multiformes, Athenis materiam nacte,  
Hoc liquore totam irrigarunt Græciam,  
Quæ redundans infinite fluxit in Hesperiam;  
Non tamen sine ductore vel tuto remigio,  
Quia navem gubernantes Maro atque Cicero  
Centum nautas asceriverunt quemque suo studio.  
Sic recta philosophia minas vicit æquoris,

D Nostra sumens elementa pro Achivis litteris,  
Tandem leta venit Romam per fluenta Tibridis.  
Erat enim Roma potens bellorum victoriis,  
Et ut omnes gentes suis subjicit imperiis,  
Sic dicebat ut præstaret geminis philosophicis.  
Has ad sese Tulliana torsit eloquentia,  
Cujus tonat vehementer trifida rhetorica.  
Ilis imbuta pulsat astra Mantuana fistula.  
Hinc non paucis evolutis annorum curriculis.  
Severinus his successit in nullo dissimilis,  
Quæ philosophiam spectant nullo minor meritis.  
Præter hunc et supra dictos extiterunt plurimi.  
D Præceptores et poetæ vel historiographi,

Quorum quosdam hic dicamus, nam convenit ordini.  
Hic sunt Plautus, Naso, Flaccus, Nevius, Terentius,  
Livius, Lucanus, Varro, Stacius, Salustius,  
Plinius, Quintilianus, Juvenalis, Persius,  
Ennius, Cato, Catullus, Macer et Macrobius,  
Marcianus, Victorinus, Donatus et Servius,  
Priscianus primæ artis restaurator strenuus.  
Multos tamen et præstantes vertimus et liquimus.  
Nunc quedam hic libare nitemur ex artibus  
Prosutura studiosis harum facultatibus.  
Prima sedis fundamento presidens grammatica,  
Preter denas atque ternas partes dividua,  
In primis quinque pertita per bis quaternaria  
Hæc in ipsis studiorum discitur crepundiis,  
Et sub ope instrumenti viam parat ceteris,  
Informando, edocendo infinitis regulis.  
Huic secunda sociatur civilis rhetorica  
Et verbosa super omnes, partibus quinaria,  
Genera causarum tria cuius materia.  
Hec forenses lites sedat, causas agit, clamitat,  
Discernendo, recusando, defendendo judicat,  
Et quo vult leges retorquet, dicit, negat, implicat.  
Cuius genere communis hinc est dialectica,  
Quæ natura prior extat etiam grammatica,  
Dum cunctas ligat et solvit, pervideri nescia:

A Hec diffinit et discernit, dividit et asserit,  
Ratiocinari potens, vincens invincibilis,  
Quam lampas clarificavit Manlianii luminis.  
Transtulit hanc resolvento binis Anaëlicis,  
Introducens Isagogas binis commentariis,  
Et idem Kategorias cum Perierminis,  
Topica cum Sillogismis atque Differentiis,  
Diffinicionum librum cum Divisionibus  
Explicavit, addens unum Propositionibus.  
Hinc abstractas quantitates edocet quadrivium  
Numeris et simphoniis mensurisque proprium,  
Et perpendit celi vias cursus atque siderum.  
Hujus quatuor in partes solvit scientia,  
Enarranda binis formis sui sub essentia.  
Hinc testatur Severini diligens sollertia;  
B Quarum prima celerarum mater arithmetica,  
Et postea septem vocum moderatrix musica,  
Tertia geometria, hinc ars astrologica.  
Huc perpendit celum, terram, solem et zodiacum,  
[lunam, polos,  
Parabellas, axem, decem circulos,  
Stellarumque noscit situs in occasum geminos.  
Exultate Papienses cives inclitissimi,  
Apud quos quiescunt ossa insignis Boecii,  
Vos his rivis inclarecentes jure post eximii.

## FORMA EXCOMMUNICATIONIS

[MARULL. *Analect.*, Nov. edit., p. 162.]

Hæc excommunicatio facta est sub finem saeculi decimi, quo fere tempore excommunicationem subiit Ragenardus comes Senonensis cum Gauzfrido et Geiloue canoniciis Senonensibus; cuius excommunicationis exemplum primo typis editum est in tomo X Spicilegii, tum apud Steph. Baluzium in Appendix ad Reginoneum. Varias excommunicandi formulas saeculo ix usitatas vides apud Reginonem abbatem Primiensem in lib. II De ecclesiasticis disciplinis, cap. 407 seqq.

*Hæc est excommunicatio, in qua fuit sanctus Theutbaldus, Viennensis archiepiscopus, et Isarnus, Gratianopolitanus episcopus.*

Quicunque habitantes Arelati hanc scripturam legeritis, admoneo, precor et adjuro per Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, per unum Deum et creatorem omnium, et per beatam Mariam Dei Genitricem, et per omnes sanctos Dei presentes assistentes, ne dimittatis, quin omnibus palam annuntietis, nec sit aliquis qui tollat eam desuper altare beati Stephani, nisi dum lecta fuerit et auditæ, donec audiatis persecutores Dei Ecclesie, pro quibus rex agitur, ad satisfactionem venire. Noverit itaque omnium fidelium Dei prudentia, qualiter ego Aimo, Valentiniensis sedis gratia Dei humillimus præsul, proclamaverim me ante presentiam Gundradi regis senioris nostri, quod Aikardus terram beati Apollinaris egregii confessoris Christi, atque beati Cypriani gloriosi martyris injusto ordine tenebat, et contra Deum et sanctos ejus crudeli temeritate possidet. Et quoniam nulla ratione ipsum ad

C rectitudinem faciendam invitare potui, dignum dui ut judicium æterni Regis Domini nostri postularem, et ejus ineffabilem misericordiam exorarem. Veri citer enim scimus quia gladius et ignis colestis imperatoris contra filios dislidentiae viadicant operatur. Hac igitur necessitate imminente, protegente Domino Salvatore nostro, consilium et juvamen a senioribus nostris episcopis circa nos morantibus deprecati sumus, quorum mercedem et consecuti sumus secundum animi voluntatem. Habetus enim excommunicationem domini Theutbaldi, Viennensis archiepiscopi, domini Ambardi, Legionensis archimandritæ, domini Widonis, Aniciensis presulis, domini Isarni, Gratianopolitanæ sedis assistantis, necnon domini Gerauldi, Genevensis episcopi: quorum in re hujuscemodi una est sententia atque consensus. Et quoniam Arelas caput est et esse debet istius Galliae, proclamationem nostram ante presentiam rectoris ejus deferre decrevimus, quatenus ne dedignetur merces ejus tantis patribus prælibatis ascensum accommodare. Sint itaque